

si non sit signata, & executor tenetur ex verbis gratie assumere partes iudicis, causa Ordinaria remittenda est, ex dicta decisione Concilij: si vero gratia requirat aliquam liquidationem, aut verificationem narrativam ( non tamen executor si non vult, tenetur assumere partes iudicis, & citare partes, vt in casibus notatis à Felino, & Menochio vbi supra ) si assumat partes iudicis, debet partes summarie audire, & procedere executivè, alias sordinarie audiatur, excedit à mandato & male facit, teneturque remittere Ordinario, ab eo tanquam excecutore excedente potest appellari, vt in dict. quest. diximus, &c. Qui vterius prosequitur in hac: Inferitur quarto, quod omnia supradicta habent locum in Auditore Camere, quando exequitur gratiam Apostolicam ex identitate rationis, quia ipse non potest in prima instantia de causa Ordinaria cognoscere, vt dictum est. Haec tamen Mena.

70 Igitur vtrumque requiritur praecise, quod executor ipse ex forma commissionis recipiat facultatem assumendi partes iudicis, vt quia in ea dicitur citatis citandis, vel citato N. vel expedita sit sub intrusione, vel in forma dignum: & quod simul sit subscripta de propria manu Sanctissimi, ad hoc vt ipse executor possit cognoscere de iuribus partium se opponentium excluso Ordinario, etiam in prima instantia, vt cum iudicio rectè pendit ( licet obiter ) Flores de Mena citatus.

Et huius doctrinae fundamentum est efficax.

71 Nam cum iure communi attentio, & semota noua dispositione Tridentini, in praedictis casibus ideo procedere poterat executor, quia tacite intelligebatur facta auocatio ab Ordinario, & data per huiusmodi commissionem executori iurisdictio cognoscendi in prima instantia de iuribus iurium partium ( provt latius mox videntum erit ) sequitur quod hodie nihil opetur hac commissio ex Decreto Concilij, quo nec expressa auocatio sufficit, nisi subscripta sit manu Sanctissimi ex saepe dictis, ideoque ipsa subscriptio sufficit, vt etiam intelligatur in commissione concessa, quae de iure communi vti tacite auocata comprehendebatur.

72 Et enim interueniente dicta Pontificis subscriptione auocatio firma remanet, & circa ea quae in scriptura, & commissione etiam virtualiter continetur alias de iure communi, subscribens namque approbat omnia in scriptura contenta, l. si ita stipulatus, 126. §. Chryfogonus. ff. de verb. obligat. vbi post omnes late tractat. Iafson. num. 2. cum sequentibus, l. emptor. §. Lucius. ff. de pactis, l. fideiussor. §. ff. pignoris. l. i. versio. Et subscriptionem, ff. de constituta pecunia, l. si per epistolam, in versio. Subscriptam. ff. de acquir. heredit. cap. si quis Prabyterorum, & ibi Glos. in verb. subscripti, de rebus Ecclesie non alienand. Felin. in cap. quoniam contra num. 13. de probationib. Natta conf. 287. num. 8. volum. 2. Roland. à Valle conf. 44. num. 30. volum. 2. Afflictis decis. 104. num. 3. Tiberius Decian. respons. 29. num. 30. volum. 2. Antonius Gabriel titul. de praescriptionib. conclus. 3. num. 1. cum sequentibus. Malcardus de probationib. conclus. 1347. num. 2. Azuedius in l. 3. num. 55. & 56. tit. 4. lib. 5. Recopil. Puteus decis. 226. num. 3. lib. 1. Caputaquensis decis. 360. num. 7. part. 2. Hieronym. Gonzalez in Regul. 8. de alternatiis, glos. 60. n. 3. & 4. Menoch. de praesumpt. lib. 3. praesumpt. 66. n. 7.

Sicuti & dicitur de sigillo, quod comprobatur, confirmatur, & supplet, & robur addit iis, 73 quae in scriptura continentur, Bald. in l. bone fidei, ante num. 6. C. de rebus credit. Iass. in l. pacta nouissima, num. 9. C. de pactis. Romanus conf. 305. hac scriptura, num. 2. Marfil. in rubric. Cod. de probationib. num. 200. Vestrius in praxi lib. 6. c. 1. num. 9. Rota decis. 135. num. 2. part. 1. dinesfor. Gonzalez vbi proxime Glossa 61. num. 2. ac propterea cum subscriptio de manu propria Pontificis sit vnicum, & solidum signum ad cognoscendam, & detegendam eiusdem voluntatem, voluisse auocare causam ab Ordinario iuxta Trident. Decretum, cum de ea appareat omnia alias de iure communi virtualiter in commissione contenta intelligitur concessisse, & auocasse; quate proculdubio opinor, his casibus subscriptione adhibita propria manu Sanctissimi posse excecutores de iuribus partium in via Ordinaria cognoscere in prima etiam instantia excluso Ordinario.

74 Quibus sic generaliter praecognitis ad casus particulares deueniendum duximus, quibus de iure executor gratia tenetur causam in prima instantia Ordinatio remittere, vt iste via Ordinaria, qua executor ipse vti nequit, cognoscatur praecise.

Et in primis pro necessario, & scitu dignissimo fundamento quod accuratè attendere debetis, 75 vt in omnibus iis casibus in quibus executor ad executionem gratiae datus poterat, & debebat cognoscere in via Ordinaria ( iuxta mox dicenda ) in his omnibus Ordinariis hodie, cui per Senatum sit Bullarum remissio, quia in commissione deficit subscriptio Sanctissimi, & forma nouiter tradita per Concil. Trident. in his omnibus debet Ordinarius in via Ordinaria partes audire; atque iterum in his omnibus, 76 & in quibus executor poterat cognoscere via executiva, & non tenebatur citare partes, in iis etiam omnibus Ordinariis, cui per Senatum sit Bullarum remissio ( quia vel deficit subscriptio, vel aliter beneficium non sit referatum, quia in istis quoad meram executionem subscriptio non requiritur, vt superius diximus ) debet pariter executivè procedere, & in via executiva; non Ordinaria partes audire, cum litterae Apostolicae executionem habeant sua primaria natura attendita, aliter non alterata, nec alio extrinsecus accedente, vt superius in hac conclusione secunda supposuimus, quia isto casu tam quoad executionem, quam quoad ius Ordinariam ( vbi eam causa requirit ) sit Ordinatio per Senatum remissio.

77 Excecutores igitur gratiarum ad immitendum aliquem prouisum qui in possessionem beneficii, sunt suapte natura meri excecutores, ita vt in eis non habeat locum dispositio, cap. statutum, de rescriptis, lib. 6. vt late per Nicolaum Garciam de beneficiis, 6. part. cap. 2. à num. 106. Viuianus de iure patronat. 2. part. lib. 13. cap. 5. num. 19. & 20.

Si autem adest intrusus, aut aliter possessor, vel comparet legitimus contradicitor qui ( ante immisionem actualem regulariter ) allegans de iure suo, tunc gratiae excecutores mixti sunt, & de iure communi tenebantur assumere partes iudicis, & iudicialiter procedere cum causae cognitione, & diffinitivè pronuntiare, ac plenarie de iuribus iurium possessoris, aut intrusi, seu

78 seu alias contradicitoris legitimi in via Ordinaria cognoscere, & diffinitivum pronuntiare, iuxta notata per Doctores communiter in cap. fin. de praesumptionib. vbi Butrius num. 7. Abb. ex num. 1. vsque ad 15. & Felin. ex num. 16. 24. 27. 33. & 34. Berolius conf. 13. vol. 1. Flaminus Patilius lib. 11. quest. 10. num. 15. 21. 23. & 24. Marcus Anton. Genuensis in praxi Archiepiscop. cap. 83. num. 4. seu cap. 85. num. 4. & in annotatione num. 16. Mandosius de inhibition. quest. 46. Nicolaus Garcia de beneficiis, 6. part. cap. 2. à num. 110. & Feqq. Francisc. Leo in Thesaur. fori Ecclesiast. cap. 17. à num. 8. & 18. Tiberius Sallustius in praxi lib. 3. cap. 12. alias 7. & post Rotam, Mandos. & Felinum, Flores de Mena praet. car. quest. lib. 1. quest. 4. à num. 33. Viuianus de iure patronatus, 2. part. lib. 13. cap. 5. à num. 19. & sequentibus, & latius Nos in tract. de Regia protectione, 2. part. cap. 13. à num. 57. cum sequentibus, vbi quod licet & isti excecutores respectu executionis procedant extrajudicialiter ad immisionem; si tamen comparet legitimus contradicitor, vel adest intrusus & possessor, omnino tenentur assumere partes iudicis, & iudicialiter cognoscere atque diffinitivè pronuntiare, vt latius ibi videbis.

79 At hac doctrina verissima est de de iure communi, quod attento per simplicem delegationem, & commissionem cuiuslibet factam inducitur auocatio iurisdictiois ab Ordinario, At verò hodie attenda nouiori dispositione Sacrosancti Concilij Trident. in dict. cap. causa omnes, cum non valeat commissio absque subscriptione manu propria Sanctissimi, nec auocatio ab Ordinario etiam expresse facta non feruata forma dict. Concil. Trident. sequitur, vt iste executor non potest assumere partes iudicis, vbi adest intrusus & possessor, aut alias legitimus contradicitor, & vbi sit necessè via Ordinaria cognoscere de iuribus partium, vel aliter sit adhibenda causae cognitio, quia haec pertinet ad Ordinarium, cui in Hispania ( vbi ad vnguem seruatur dict. Concil. Trident. ) Senatus huiusmodi litteras Apostolicas remittit Ordinario, ex haecenus comprobatis in hac secunda conclusione.

80 Nam sicuti in Francia non admittitur ex concordatis, in titul. de causis, quod excecutores gratiarum habeant aliquam causae cognitionem, sed solum executionem putam & meri facti, ita vt causae cognitio remittatur Ordinariis, vt per Franciscum Marcum decis. 159. part. 1. & decis. 1157. num. 3. eadem 1. part. docent etiam cum plurimis Rebuffis in forma noua pronisiois, verbo, contradicitores, & verbo, & defendant inductum in glossa ad dictus concordatus in forma mandati, fol. 744. & 645. in paruis, & in cap. nulla, de concessione prebende, 29. & 30. & 31. clausulis mandatorum. Menochius de reuendenda possessione remed. 1. à num. 85. cum feqq.

81 Ita pariter in Hispania ex obseruatione Concilij Trident. nequit executor ultra merum factum executionis cognoscere, sed vbi via Ordinaria requiritur cognitio Ordinario remittitur, vt probat Flores de Mena praet. quest. lib. 1. quest. 4. num. 35. in hac: in Hispania tamen licet habeant causam cognitionem, & possint assumere partes iudicis, & ita praxis obseruet, tamen intelligi in quantum, id est necessarium ad exequendam gratiam, vel suspendendam eius executionem; non tamen ad cognoscendum Or-

82 dinariè, & integrè de iuribus partium, & proferendam sententiam diffinitivam, hoc enim solum iudicibus Ordinariis competit in prima instantia secundum determinationem Sacrosancti Concilij Trid. sess. 24. cap. 10. de reformatione, cuius protector est noster Rex Philippus, & eius Regale Consilium quotidie se intromittit circa eius obseruationem.

83 Iustum tamen autorem intellige ( provt supra diximus ) quod executor datur pro executione gratiae in beneficiis referuatis, & aliis effectis sanctae Sedi Apostolicae, quia tunc etiam sine aliqua speciali subscriptione propria manu Sanctissimi potest cognoscere in via executiva, & extrajudicialiter iuxta Breue Gregorij XII I. at vbi adest intrusus, aut legitimus contradicitor appareat, cum horum causa sit in via Ordinaria tractanda; remittitur per Senatum Ordinario, cui ex Concilio pertinet cognitio in prima instantia, vt ex Augustino Barbof. in tract. de officio & potestate. Episcop. tom. 2. allegat. 81. num. fin. Ioan. Mariae Nouar. in noui iuris Pontificij praet. conclus. tit. de causis prima instantiae, conclus. 1. alias 54. num. 15. 16. & 17. fol. 142. latius annotauimus supra in comprobatione huius secunda conclusionis à principio, & praecipue à num. 53. cum sequentibus, versio. Littera Apostolica, quo pro executione gratiae, &c.

84 At verò vbi datur executor super beneficio non referuato; tunc si non adest subscriptio propria manu Sanctissimi tam super executione ipsa, quam super via Ordinaria; Ordinario pertinet cognitio in prima instantia, vt ibidem latissime comprobauimus, & ita praxis quotidiana huius Supremi Senatus Regij incunctanter obseruat.

85 Et licet Nicolaus Garcia de beneficiis, 6. part. cap. 2. num. 110. dicat, quod executor gratiae, vbi legitimus contradicitor comparet, & vel adest intrusus, possit diffinitivè pronuntiare plures Doctores contra Flores de Mena vbi proxime à num. 35. 42. 44. & 59. & quest. 12. à num. 9. & 17. dicentem non ipsum sed Ordinarium cognitum; declata, vt ipse Garcia, & ab eo citati rectè procedant de iure communi; At Flores de Mena dictis locis aperte loquitur motus nouiori dispositione Concilij Trid. c. 20. & rectè quidem, quod cum certissimo iuris fundamento. 86 Etenim à regula generali prohibitiua, cap. causa omnes, dumtaxat excipiuntur excecutores ad beneficium referuatum Sedi Apostolicae, provt supra hac 2. part. cap. 10. per totum, scriptimus. Ergo in ceteris excecutoribus gratiarum firma remanet, & intacta ad hoc, vt eorum commissiones praecise requirant subscriptionem propriae manus Sanctissimi, ne pereatur prima Ordinarium instantia contra Concilij dispositionem, quam pariter in viis executivis procedere clarè ostendimus in dict. cap. 10. à n. 12. cum multis sequentibus, qui Doctores Garcia & Mena etiam de praxi huius Supremi Tribunalis simul attestantur.

87 Igitur ad cognoscendum, quando Ordinatio sit per Senatum remissio sit litterarum Apostolicarum pro immitendo prouiso, an debeat procedere in via executiva, aut in via Ordinaria ad dictarum litterarum complementum, distinctè procedendum erit: aut enim legitimus contradicitor comparens coram excecutore ( aut coram Ordinario facta remissione ) vult immisionem



sionem & executionem impedire non vigore possessionis, quia non possidet; sed vigore alicuius legitimi tituli, vel saltem colorati, & tunc si comparet ante immisionem realiter factam, etiam si comparet post Decretum, & sententiam de immittendo; & sic re adhuc integra, tunc si alleget aliquam legitimam exceptionem, omnino audiendus erit in via ordinata per ipsum Ordinarium (sicut de iure communi tenebatur executor nominatus) & diffinitivè pronuncietur; ita post plurimos Doctores probat in hoc equiparans possessorem, & legitimum contradicteorem cum solo titulo, Nicolaus Garcia de beneficiis, 6. part. cap. 2. à num. 110. & superius diximus, & fuit resolutum in Pampilonensib. beneficiis de Allo. 1576. quæ habetur 2. part. diversorum decis. 35. & in Pacensis seu nullius Capituli Anno 1578. quæ habetur 1. part. decis. 202. diversorum Cardinal. consil. 63. & 94. Felinus in cap. exhibitæ, num. 4. de iudiciis, & in cap. de catero, num. 10. de re iudicat. & in cap. fin. num. 23. de præsumptionibus. Staphileus 8. forma mandat. de providend. num. 8. additio Rotæ decis. 12. de officio Delegati, in nouis. num. 2. Marchesan. de commissionibus, 2. part. cap. 3. de commissione appellat. ex num. 21. Gomert. in cap. statuum, num. 77. de rescriptis, in 6. maxime si litteræ habeant clausulam citatis citandis, seu clausulam amara quolibet illicito detentore, ut probant ipsi Doctores, & Garcia ubi proxime num. 111. latè Viuanus de iure patronat. part. 2. lib. 13. cap. 5. à numero 19. cum sequentibus. Flores de Mena questione 4. num. 31. de hoc tertio comparante re integra.

Quatenus autem ipse Garcia inferius numero 143. id intelligat, si quod quando comparet legitimus contradicteor pro suo interesse & præiudicio, de quo si negetur, teneatur summarie, & in continenti doceri per Couartu, & Menochium, declara. ut intelligatur, ad effectum legitimandi oppositionem, & personam, & ut excludatur calumniosa exceptio, ut Couar. & Menoch. ab eo citati loquuntur, & latè Marchesan. de commissionib. 2. part. cap. 6. commission. quando tert. ad caus. admittit. §. vic. à num. 12. & sequentibus. non tamen, ut de ea cognoscatur summarie ad effectum impediendi executionem, quia tunc in via ordinata, & per sententiam diffinitivam terminanda erit causa, ut ipsemet Garcia post plurimos Doctores firmaverat antea num. 110.

Et quando comparet legitimus contradicteor ad impediendam si immisionem prouisi virtute litterarum Apostolicarum, ut tunc in via ordinata sit agendum, quæ Iudici Ordinatio in prima instantia sit cognitio remittenda; probant in terminis Augustinus Barbol. de officio Episcopi, tom. 2. allegat. §. 1. num. ... Ioannes Maria Notarius in noui iuris Pontific. practic. conclus. tit. de causis prime instantie, concl. 1. alias 54. n. 15. cum sequentibus. fol. 142. & ante eos Flores de Mena variæ. question. lib. 1. quest. 12. à num. 17. cum sequentibus.

Et iuxta hos terminos declarandum erit, quod si ipse dixerat quest. 4. num. 31. in hæc. Sexta conclusio, executor gratia siue cum clausulis sonantibus monitionem, siue clausulis sonantibus conditionem; si tertius comparet ante perfectam executionem, tenetur eum audire saltem in via summaria, & assumere partes iudicis, &c. ut

intelligatur quoad prædictum effectum, nempe excludendi calumniosam oppositionem, legitime mandati personam comparantis, & ut executori constet, an foueat legitimas oppositoris partes, ut possit superfedere, & causam illius ad Ordinarium remittere, ne sibi ipsi videatur repugnare, provt & seipsum declarat vterius in eadem quest. 4. n. 42. ut ad effectum vel superfedendi in executione, vel remittendi possit iste executor summarie cognoscere de iure huius tertij oppositoris.

Et quamuis possessione vacante, & à nemine occupata, iudex si non teneatur aliquem citare pro immittendo prouiso Apostolico, vt tenent Flores de Mena d. g. 4. n. 51. Rota in Auriens. Parochia de Pao 17. Aprilis 1600. coram Lancellotto, quæ est decisio 179. n. 3. & 4. nouissime Fatnac. Garcia de beneficiis, 6. p. c. 2. n. 141. & 142. Viuanus de iure patronatus, 2. p. lib. 13. c. 5. n. 23.

Tamen si re integra ipse legitimus contradicteor compareat, si audiri debet, & de suis iuribus discutendum, vt hæctenus probauimus, & licet appellat, & causat attentata, nouissime Viuanus de iure patronat. d. 2. p. lib. 13. cap. 5. à num. 23. & segg. & latè Garcia loco citato, latissime à numero 110. & 112. cum segg. qui num. 132. adducit ad litteram bonam in proposito decisionem Rotæ in causa Tirasens. elemosinaria 28. Ianuarij 1602. coram Domin. Lancellotto, ibi: maxime cum Petrus comparet, & dederit de furtione, & obreptione litterarum Apostolicarum, & petierit admitti ad iustificandum, vt fuit resolutum in causa Salamantina pensiois 18. Aprilis 1578. coram Cardinale Lancellotto, &c. Nec etiam obitare, quod possessio esset vacua, nec ostenderetur titulus Apostolicus, quia cum in gratia adest clausula (dummodo non sit alterius questum) sufficit quod Petrus ostenderet, se presentatum, vt diceretur legitimus contradicteor, cum Papa non præsumat voluisse præiudicare & derogare præsentationi, &c.

Et vterius ipsa Rota in vna Colonienf. Canonatus 4. Februarij 1598. vbi fuit dictum, si quod habens titulum coloratum sit legitimus contradicteor, & possit appellare à decreto, seu sententia prolata ab executeore litterarum Apostolicarum ad fauorem prouisi Apostolici, dummodo tamen prouisus ab Ordinario coram executeore produxerit suum titulum, sed si suum titulum non produxerit, fuerunt in contrario voto, quod nullum censetur illatum grauamen per executeorem, & non possit appellare ad effectum suspensionis, dixerunt insuper suprædicta absque difficultate procedere, quando Ordinarius contulit, quia beneficium vacauerit in mense ipsius Ordinarij, &c. quam refert Garcia vbi proxime, num. 139.

Atque pluries determinauit si Rota vt in vna Pienf. benefic. 13. Aprilis 1576. coram Domin. Seraphin. quam ponit Salubius Tiberius lib. 3. sub cap. 9. pag. 338. decis. 112. & in causa El-nens. beneficij Sancti. Saluatoris 16. Decembris 1602. coram Domin. Penna qua fuit dictum, quod Rota obseruat, habentem titulum coloratum esse legitimum contradicteorem, & potest appellare à decreto, seu sententia prolata super executione litterarum Apostolicarum ad fauorem prouisi Apostolici, dummodo prouisus ab Ordinario coram executeore produxerit suum titulum, vt in dicta causa Colonienf. Canonatus 4. Februarij

Februarij 1588. Et quod etiam posterior in data sit legitimus contradicteor, si possidet ad impediendum processum executivum, Patens decisio. 135. lib. 2. Nam cessantibus reservationibus Ordinarij habent potestatem conferendi, & Papa prouisus ab Ordinariis cognoscat pro legitimis contradicteoribus, &c. vt & refert Garcia 6. part. cap. 2. num. 140. ad finem.

Idem obseruat Cæsar Argelius in tractatu de acquirenda possessione, question. 20. articulo 2. à numero. 12. & sequentibus, qui numero 14. inquit, quod quando duo hinc inde veniunt cum pari titulo ad petendam immisionem, via Ordinaria erit aggredienda, quod etiam latè dixit in tractatu de legitimo contradicteore, question. 2. articulo 1. dicit etiam ut in hæc verbis esse pares, tum quando adsumt duas collationes diversorum Ordinariorum; tum etiam quando concurrunt prouiso Apostolico, puta ob causam & suppositum reservationis, & prouiso Ordinarij, nam quando ex vna parte pretenditur beneficium esse referuatum, & ex alia pretendatur non esse referuatum, antequam de reservatione appareat, nulla litatur prouisionum potest dici potentior, ideo pro paribus interim iudicabuntur iuxta quæ ipse Argel. dixerat in tractatu de legitimo contradicteore, 1. §. articulo 1. 2. & 3. qui in dicto tractatu de acquirenda possessione, dicta question. 20. articulo 2. numero. 14. dicit, quod prouisio Pape in referuatis æqualis est collationi Episcopi in non referuatis, nam ad exclusionem prouisi per Ordinarium debet de reservatione constare, & apparere notorie, vt abundè inferius dicemus. Interim tamen dum in dubium vertitur, & probabiliter dubitatur siue de iure, siue de facto, titulus Ordinarij legitime impedit immisionem.

Hæc tamen doctrina licet vera sit ad effectum audiendi prouisum ab Ordinario in via executiva, non tamen ad viam Ordinariam aggrediendam, quia tunc cum titulo Ordinarij requiritur simul possessio, vt infra à num. 121. Et supponunt plures Doctores, & Rotæ decisiones infra laudandæ à num. 120. cum multis segg. Itaque vt in continenti audiatur, & in via executiva, rectè prouisus ab Ordinario admittitur, iuxta Rotæ decisionem infra adductam, num. 139. & segg. & vide inferius num. 184.

Compertatur hæc si doctrina ex traditis nouissime à Viuiano in tractatu de iure patronatus 2. part. lib. 13. capitulo. 5. à numero 23. & 24. vbi dicit, quod si possessio beneficij sit vacans, executor non tenetur aliquem citare, nec assumere partes Iudicis, nisi compareat legitimus contradicteor, & tunc dici legitimum contradicteorem presentatum ante institutionem ad impediendam executionem gratie in forma dignum, & in hac clausula (dummodo alteri non sit ius questum) per Rotam decis. 17. de prebendis, & per Tirasens. decisionem elemosinaria 20. Ianuarij 1601. coram Cardinale Lancellotto supra adductam, & per Geniens. beneficij 24. Novembris 1614. Vbi dicit, & per Calaguritan. beneficij 17. Iunij 1602. coram Litta, quam allegat etiam Viuanus vbi proxime.

Quod & idem dixit Cæsar. Argelius in tractatu de acquirenda possessione, question. 19. articulo 1. numero 58. & 59. Quod patronus ex solo titulo sui patronatus, quando de eo docet co-

ram executeore litterarum Apostolicarum impedit earum executionem, & immisionem in beneficium, secus si non docet de suo iure patronatus ad illud beneficium, per Rotam in vna Iacens. Parochialis 17. Iunij 1603. coram Cardin. Pamphilio, & in alia Apouina benefic. 5. Decembris 1618. coram Domboldo, &c. ipse Cæsar Argelius allegat ad idem.

Hinc est quod licet capitulum ex eo quod non possidet si Canonice aut Præbendam, 97 non possit dici legitimus contradicteor ad impediendam immisionem illorum, cum ad illud solam pertineat obedire, obtemperare, & complere litteras Apostolicas, vt pluries determinauit Rota, vt per Alexandrum Ludouicum decision. 221. & Olierius Beltraminus in adnotation. numero 11. alias quatuor decisiones Rotæ concordantes congerit, & latissime post magnam copiam decisionum Rotæ, & Doctorum allegationem firmat Cæsar Argelius in tractatu de legitimo contradicteore, question. 14. articulo. 5. per totum, & variis doctrinis extenuant.

Tamen ratione sui proprii iuris sibi competētis virtute suorum statutorum confirmatorum à Sede Apostolica, puta puritatis sanguinis, & similibus; legitimus dicitur contradicteor, & vt talis audiri debet, si comparet coram executeore litterarum Apostolicarum, vt sæpè determinauit Rota in vna pacens. puritatis 11. Decembris 1609. coram Manzuedo, per quam sic limitauit præfatam regulam Cæsar Argelius dicto articulo 5. numero 47. & per aliam Ratisbonens. 23. Iunij 1617. coram Pirouano, pariter limitat Olierius Beltraminus in dicta decision. 221. num. 11. in fin. quam etiam limitationem adducit Garcia de beneficiis 6. part. capitulo 2. numero 161. Quæ omnes affirmant, tunc executeorem teneri assumere partes Iudicis circa atticalum puritatis sanguinis, & alios tangentes statuta alia capituli se opponentis, Quæ omnes decisiones, & doctrinæ procedunt in capitulo non possidente, agnoscunt tamen illum legitimum contradicteorem in iis, quæ tangunt sua statuta confirmata & obseruata.

Hinc venit intelligendum quod tradit si Flammius Parisius de resignation. benefic. libro 10. questione 6. numero 63. Resignantem referuata pensione, non posse impedire resignatarium, ne capiat possessionem beneficij resignati, & possessionem captam per dictum resignantem pendente appellatione interposita per resignantem, non esse attentatam, quia à mero executeore litterarum Apostolicarum non datur appellatio, nam accipiendum erit, quando resignans impedit de facto, & sine causa, ne resignatarius capiat possessionem, atque etiam in appellatione interposita à resignante, qui numquam comparuit coram executeore ad dicendum contra resignationem, quia tunc executor non debuit assumere partes Iudicis, nec eum etiam citare, ex quo consensit resignationi sponte, ac facto suo à se ius & possessionem abdicauit; & cum nec possidet, nec comparuerit, executor non grauabit eundem, facit decisio 639. num. 4. part. 1. diversorum. Et latè prosequitur Nicolaus Garcia dict. cap. 2. num. 133. cum sequentibus.

Et quando concurrat paritas titularum, si vt tunc impediatur via executiva litterarum 99



Apostolicarum, & via Ordinaria sit agendum; vide in terminis decisiones Rotæ adductas per Nicolaum Garciam de beneficiis 6. part. capitulo 4. num. 16. & n. 21. & cap. 2. n. 124. & 125. Et quando duo hinc inde veniunt cum pari titulo ad petendam immisionem, quod via ordinaria sit agendum, abundè per Casat. Argell. in tractatu de legitimo contradicatore, quest. 2. articulo 1. & quest. 15. articulo 1. 2. & 3. & in tractatu de acquirend. possession. quest. 20. articulo 2. à num. 12. cum aliis sequentibus; vide superius numero 95. & in dicitur huius capituli clarius apparebit.

100 Hinc etiam fit, quòd quando ÷ datur in executione gratiæ secundus executor, quod si primus intra triginta dies non exequatur gratiam; secundus executor possit exequi, de quo latissimè videndus Nicolaus Garcia de beneficiis 6. part. capit. 2. à num. 59. cum sequentibus. At quando comparat ÷ legitimus contradicitor se executioni opponens: tunc cessat potestas secundi executoris, & est ratio, quoniam tunc cessat via executiva (ad quam secundus datur in negligentiam prioris) & via ordinaria agit cum ipso legitimo contradicatore; ita probat Nicolaus Garcia ibidem, numero 71. per Rotæ decisionem, quam ipse citat ad litteram, numero 63. quem à numer. 88. vide, an transactis 30. diebus, possit ipse primus executor re integra exequi etiam consentiente parte, & quid quando post dictos 30. dies declaravit non posse procedere; vide latius ibidem.

102 Si autem iste legitimus ÷ contradicitor, qui non possidet, compareat post captam realiter possessionem, non auditur in contradicitione executionis, sed debet recurrere ad Ordinarium contra possessorem, & coram eo contra possidentem agere, quia tunc est noua actio, & novum iudicium, vt probat in his terminis Nicolaus Garcia de benefico. 6. part. capitul. 2. à numer. 143. & post alios Doctores probat Patladorius lib. 2. rerum quotidianar. capit. fin. 5. part. 5. 10. num. 24. & Nos supra 1. part. cap. 10. num. 44. versicul. Hinc est quod legitimus contradicitor, vide quæ dixi 2. part. cap. 18. per totum. Quod & supponunt omnes Doctores, & Rotæ decisiones hæcenus allegatæ à n. 93. cum seqq.

Hæc tamen doctrina fallit quando sententia immisionis, ÷ aut decretum ex aliquo capite nullum appareat, vel resoluator, & reddatur ad eam nullitatis, quia tunc cum res per actum præcedens nullum non desinat esse integra, etiam post illud comparens legitimus contradicitor, legitime comparere dicitur, propterea hæc doctrinam & limitationem alijs pluribus exornauimus, & fundauimus supra 1. part. capit. 10. à num. 101. cum sequentibus, & à num. 109. cum sequentibus, versic. Si contradicitor sit possessor; vbi per aliquot columnas videbis hæc limitationem, & theoreticam nouè & mirè comprobata.

Prædictis igitur casibus, in quibus legitimus comparet ÷ contradicitor non possidens, facit cessare viam executivam, & transire ad ordinariam, si ÷ opponeret coram executore; ita pariter in eisdem erit dicendum, quando comparet coram Ordinario, postquam Senatus litteras Apostolicas tradi iussit impetranti, vt illis coram Ordinario, non alibi vtatur, vt tunc etiam Ordinarius in via Ordinaria teneatur par-

tes audire, iuxta conclusionem secundam superius appositam, & quæ in eius comprobationem longius deduximus.

Quando autem aliquis adest possessor, aut intrusus, vel alijs expeditæ sunt litteræ Apostolicæ sub intrusione, ÷ faciendo relationem, aliquem esse intrusum, tunc executor omnino debet querere possessorem, & illum citare, & audire debet in via ordinaria, quia tunc cum isto possessore iudicium non debet esse executivum; sed ordinatum, & in via ordinaria erit vincendum, ita expressè probant Hieronymus Gonzalez in Regul. 8. dualternarijs, gloss. 9. in annotationibus, num. 226. vbi ait, ita fuisse resolutum à Rota in vna Barchinonens. parochial. 10. Decembris 1601. coram D. Sacrato, quod etiam tradit glossa 15. §. 1. numero 70. sequitur Nicolaus Garcia de beneficiis 6. part. capitul. 2. sub numero 140. ante medium, & plurimos refert num. 110. & sequentibus. Nos multos citauimus superius à numero 54. versiculo, Si autem adest intrusus aut aliter, &c. Et quod quando vel adest possessor, vel alijs legitimus contradicitor, qui producent suum titulum, debeat iudicium tractari in via ordinaria, & non executiva; iterum firmat ipse Garcia ibidem, numer. 159. ad finem, & numer. 159. & num. 161. plures adducit Rotæ decisiones, & signanter ita dictum fuisse in vna Legionens. denegationis possessionis 26. Martij 1593. coram Illustrissimo Blancheto. Quod quando non adest legitimus contradicitor compareat, vt secus si contradicitor compareat, si que dum etiam hodie Ordinarius, cui fit litterarum remissio, in via ordinaria procedere debet, vt hæcenus est probatum.

Et generaliter, quando ÷ litteræ Apostolicæ habent clausulam vocato N. vel vocatis vocandis, vel amoto quolibet illicito detentore, aut si consisterit, vel constituto, aut verificato, seu vt ipse Iudex se informet, faciunt executorem de iure mixtum, & tenentur assumere partes Iudicis, & possessorem citare, ac procedere eum causæ cognitione, ac disentione, & seruatis seruandis, auditisque possessoris defensionibus, & ab eius sententia datur appellatio suspensiva, vt post plurimas Rotæ decisiones obseruat Ludouicus Post in tractatu de manutentione, obseruatione. 12. à numer. 62. & superius, qui numer. 63. singulariter intellexit, & in hæc dicit: Intelligendo tamen, vt mixtus executor debeat procedere via ordinaria, & ab illius decreto datur appellatio; vbi alijs causis de sui natura est ordinaria, & decretum appellabile; secus è contra, Rota in Hispanens. preeminentiarum Cardin. Sacrato, penes Marchesin. de commissionibus 2. part. fol. 498. numer. 3. & sequentibus, quæ est etiam inter recent. part. 1. decisio. 558. numer. 3. & sequentibus, & in Ferrariens. attentator. coram A. P. D. Durano, quam decisionem apud eundem Ludouicium Post. post tractat. est. decisio. 359. numero 4. & 5. Quæ declaratio rectè conuenit ad ea quæ hæcenus dicta sunt, quod si causa non sit executiva sui natura, nec sententia sit alijs priuilegiata; debeat executor, vel Ordinarius (ad quem Senatus remittit causam & litteras Apostolicas) procedere in via ordinaria, vbi legitimus comparet contradicitor, vel alijs adest; secus è contra, quia semper est attendenda qualitas & natura causæ

causæ iuxta quam gubernari debet, an procedere debeat via executiva, vel ordinaria.

107 Hinc fit, quod quando ÷ beneficium ab aliquo possessum impetratur à Sancta Sede Apostolica ob aliquod delictum, vel defectum, vt puta ob simoniam, & ob irregularitatem, ob non publicationem litterarum resignationis intra tempus, ob non expressum verum valorem, vel aliam falsam relationem, ob incompatibilitatem, & similia, quia tunc postquam ius in beneficio acquisitum fuit alicui, & ob prædictas causas, vel defectus remoueri tentatur; omnino debet vinci in via ordinaria, & iuris ordine seruato, atque tunc omnino cessat via executiva, quia in contradicitorio iudicio condemnandus erit, Abbas in capitul. 2. num. 7. in fine, versiculo, Et intellige hoc. Et ibi etiam Aretinus num. 9. versiculo, Secundo salte iuncto, num. 10. Felinus num. 8. versiculo, Non credas quod istis, &c. de testibus, vbi etiam Decius, num. 35. & sequentibus, Malcard. de probationibus, lib. 2. conclusio. 682. num. 17. & 18. Protoperus Farinacius in pract. criminali. in tract. de testibus, quest. 72. num. 51. & 52. Qui omnes conueniunt, quod quando ob aliquod defectum agitur de remouendo à beneficio iam electum, vel titulum; omnino debeat seruati forma iudicij, & cum causæ cognitione condemnari.

Idem probat Flores de Mena practicar. quest. 4. num. 26. vbi rectè dicit, quod si gratia directè tendat ÷ in præiudicium alicuius intersecum, quando scilicet directè gratia ipsa auferat alicui ius, vel declarat auferendum, aut ablatum quod habet, vel habere potest, vel præcedit in possessione, & proprietate, vt puta de clausula, si possessor tale delictum commiserit, ex quo veniat priuandus, vel si habeat duos incompatibilia, vel si collator negligens fuerit, vel si fuit simoniacus, quem etiam vide declarantem n. 27. Tunc iste talis audiendus erit, & præcisè citandus, & in contradicitorio iudicio vincendus, Abb. in cap. fin. & ibi Felinus, num. 25. de præsumptionibus, Augustinus Beronius in cap. conueniente, num. 11. de restitutione spolior. Cavalcanus decis. 22. num. 3. part. 1. Et post Lapum, Parisium, Alexm. & Mandosium tenet Menà vbi supr. d. quest. 4. num. 88. videndus num. 42. & num. 44. cum sequentibus. vbi bene, & à num. 21. & quest. 1. num. 8. & sup.

Et ita fuisse declaratum vna Trident. 5. Iulij 1593. coram D. Seraphino, ÷ quam ad litteram refert Nicolaus Garcia de beneficiis 6. part. cap. 2. num. 116. vbi executio litterarum impetratarum ob defectus varios etatis, & non publicationis, oculi Canonis, & malæ valoris fructuum expressio; fuit executio attentata, quia debuit citari habens ius ad beneficium, contra quem impetratur, quia debebat citari, & audiri, vt alibi latius.

Et iterum in vna Alearien. attentatorum 20. Decembris 1593. coram D. Seraphino. ÷ fuit resolutum in hæc. Gesta per Episcopum ad fauorem Iacobi tam intra decem dies ad appellandum, quam post appellationem Alexandri esse attentata, cum enim esset deputatus executor in gratia Iacobi, vt citato Alexandro, & verificata falsitate valoris per eum expressi, conferret parochialem Iacobo; tenebatur tanquam mixtus assumere partes iudicis, præsertim itante clausula (vocato Alexandro & amoto quolibet illicito

detentore) & idè ab eius sententia licuit appellare, &c. Et idè Iacobus non est manutendendus, ÷ sed Alexander si de eius possessione constat, alijs possessio est sequitrandi, &c. quam refert Garcia vbi proxime, num. 119. qui n. 115. aliam refert, quod possessor beneficij debuit citari, & contra eum assumere executor partes Iudicis, alijs possessio data est attentata, quia ab executore tunc datur appellatio suspensiva, quia non debuit possessor dimittere possessionem ad solam verbum executoris; & aliam decisionem ad idem refert, num. 117.

Probat Rota, vt per Alex. Ludouic. decis. 69. per totam; vbi alijs plures decisiones recententur ÷ ad hoc, quod stante possessore, executor debuit assumere partes Iudicis, & eum citare & audire, ac idè ab eo fuit licita appellatio, & executio attentata & nulla, atque iterum in decisione 500. num. 6. & decis. 355. n. 7. & decis. 475. num. 1. & 4. Et quando mixtus efficitur ÷ executor plene per Olierium Beltraminum in annot. ibi. n. 4. Et quod hoc casu datur ab executore appellatio est decis. 91. num. 3. eiusdem Ludouicij.

Aliam ad litteram patitur recentest Nicolaus Garcia dist. 6. part. capitul. 2. num. 130. & ad finem ibi: Nec ÷ obibat, quod vno esset nulla, quia de illius validitate erat agendum ante executionem, cum ab ea dependeret iustificatio vacationis narrata. Deinde cum executor esset mixtus propter formam (dignum) & quia agebatur de remouendo ÷ possessore; ab eius sententia dabatur appellatio, & non poterat procedi ad immisionem, vt fuit dictum coram me in vna Sancta Agata Gotorum iuris patronatus 4. Iulij 1597. Nec is obibat decilio Baballi in causa hiporregia; Quia loquitur de iure executore, & vbi contradicitor ÷ erat merè calumnia & ffrivola: minus obibat Balla Pij V. super collatione beneficiorum, quia non procedit, quando conceditur gratia per Sanctissimum de Parochiali in forma commissaria; & adest certus possessor.

Et est alia Rotæ decisio in causa Bracavensi beneficij 5. Decembris 1601. coram D. Cordoba, quæ ita inquit: Fuit resolutum vna parte informanti, ÷ censuras scilicet ab officiali Bracharensi tanquam executore Apostolico fulminatas, fuisse nullas & attentatas, nam à sententia illius dabatur appellatio, cum ageretur contra possessorem, & de eum remouendo, quo casu executor debet assumere partes Iudicis, & dicitur mixtus, ac appellatione pendente non potuit censuras fulminare, &c. quam recentest integrè Garcia d. cap. 2. num. 131.

Et n. 142. & sequenti. alias decisiones refert, quod quando contra ÷ aliquem facta fuit impetratio beneficij certo modo ob aliquem defectum suæ prouisionis, etiam si non possideat debet citari, & audiri, cum impetratio fiat directè contra eum per decisionem Alexiens. attentatorum, quam ad litteram retulerat antea, num. 119.

Prædictis itaque casibus, in quibus iure communi attentò poterat, ÷ & debebat executor via ordinaria procedere, in iis omnibus hodie Ordinarius, cui per Senatum in prima instantia fit litterarum remissio ex noua Tridentini dispositione, eo quod commissio non venit subscripta propria manu Sanctissimi; debet & tenetur similiter Ordinariè procedere, & partes audire, quia in iis cessat priuilegium viae executivæ alijs



litteris Apostolicis attributum, vt abundè probatum relinquimus.

- Ex his omnibus rectè inferitur, quod facta à Sede Apostolica imperatione beneficij ex causa reservationis, ¶ prout per Ordinarium, & possessor sit legitimus contradictor ad impediendam executionem litterarum Apostolicarum, qui omnino audiendus erit in via Ordinaria, & iudicio plenario cum causa cognitione amonendus erit à possessione, non aliàs, quando scilicet de reservatione clarè non constat, sed dubitationem in iure, vel in facto patitur; nam tunc titulus prouisi ab Ordinatione est coloratus, & sufficiens ad impediendam viam executionis, si de suo titulo doceat coram executorè, vel Ordinario (coram quo impetrans virtute decreti Senatus vltus fuit suis litteris Apostolicis) vt in vna *Elnens. beneficij Sancti Saluatoris* 16. Decembris 1602. coram *Perna*, fuit dictum, quod Rota tenet, habentem titulum coloratum, esse legitimum contradictorem, & posse appellare à decreto, seu sententia prolata super executione litterarum Apostolicarum, ad fauorem prouisi Apostolici, dummodo prouisi ab Ordinario coram executorè produxerit suum titulum, ¶ quia prouisos ab Ordinario agnoscit Papa pro legitimis contradictoribus, vt bene probat *Nicolaus Garcia de beneficiis* 6. part. cap. 2. num. 140. ad finem, qui & num. 139. aliam adducit decisionem ad litteram in vna *Colonienf. Canoniarum* 4. Februarij 1589. Quæ decisiones licet expressè non loquantur, quando prouisi ab Ordinario se opponit per titulum coloratum, ¶ & possessionem simul; non sunt intelligendæ de beneficiis referuatis vel affectis; vel si de iis beneficiis referuatis loquatur, tunc sunt intelligendæ quando de eorum reservatione non dubitatur, sed est notoriè, & clarè probata, ex his quæ supra diximus à num. 95. & solum, quia dum dubitatur de reservatione, solus titulus Ordinarij sufficit ad hoc vt audiatur in sua contradictione in via executiua, vt aduertimus sursum *dist. num. 95.* Tamen ad effectum reducendi causam ad viam Ordinariam, & cauendam attentatum, debet cum titulo colorato Ordinarij concurrere possessio simul in prouiso per Ordinarium. Vide specialiter inferius num. 184. versiculo, *Secunda erit differentia*, vbi à num. 172. cum sequentibus, versicul. Tandem igitur concludendum, vbi latè de paritate, & differentia inter contradictorem cum solo titulo, & contradictorem cum titulo & possessione simul, vbi latissimè & distinctè præ cæteris videbis. Attamen quantum ad beneficia referuata de Ordinarij ¶ titulo & possessione simul loquantur aperte Doctores, doctrinæ & Rotæ decisiones sequentes ad effectum agendi cum eo in via Ordinaria, & mirabiliter hoc probat Flores de Mena *practicarum questionum*, lib. 1. quest. 4. num. 41. in hæc: Ex quo etiam inferitur, quod si duo litigarent in Rota super aliquo beneficio referuato, & tertius aliquis, qui non erat in lite prouisi à Papa haberet possessionem, executor breuis non posset eum non auditum spoliare, dummodo haberet titulum coloratum, quia tunc bene constat esse iurpreptium, & defenderetur in Regali Consilio in sua possessione, si tamen titulus esset habitus ab Ordinario, vt lite pendente in Rota super eo,

vel stante reservatione beneficij, qua durante vacauit (vt patè in mensibus ¶ referuatis, nec Ordinarius haberet aliquam iustam, aut coloratam rationem prouidendi non obstante reservatione, vt quia est de iure patronatus laicorum) tunc prouisi erit notoriè intrusus, & abique eius citatione potest executor exequi dictum breue, &c. vbi latius comprobatur.

Igitur vbi Ordinarius habet aliquem colorem & iudicam rationem, ita vt referuatio non sit clara, sed dubia, tunc erit ab eo prouisi legitimus contradictor.

Nam licet contra notoriè ¶ intrusus (qui carent titulo colorato, nec possunt de iure, sed de facto contradicere) possit executor exequi abique citatione & causa cognitione, vt latè per ipsum Flores de Mena, *dicta quest. 4. à numero. 44. & sequentibus*; tamen intrusus non dicitur ille, qui habet titulum ab eo qui dare potest, licet de vitibus tituli disputetur, vt per Parisium *consil. 125. num. 25. lib. 4.* Et idè executor non potest contra eum procedere, nec eum spoliare à sua possessione, imò vim faciet, vt expressè tenet & latius probat Flores de Mena in *dict. quest. 4. num. 47.* vt aliter sit dicendum, quando de reservatione non dubitatur, nec dubia & obscura redditur, vt Flores ibi, num. 49.

Etenim licet decretum irritans inclusum in reservatione inficiat ¶ non solum titulum, sed & possessionem, ita vt ea se tueri nequeat possessor, iuxta quæ Nos latè de *Regia protectione* 3. part. cap. 10. à num. 64. cum multis sequ.

Tamen id verum est, ¶ quando constat intratè reservationem, interim tamen dum non constat intratè reservationem, & decretum irritans, nullum operari effectum, nec possessor inquietatur in sua possessione, nec ea priuatur, sed imò manuteneretur, quandiu de reservatione dubitatur: ita post Hieronymum Gonzalez in *regula 8. de alternatiuis*, glossa 31. à num. 8. & num. 4. num. 21. & 22. & Garciam de beneficiis 5. part. cap. 1. à num. 40. cum sequentibus, & aliis pluribus latè probauimus in *dist. capitul. 10. à num. 161. cum sequentibus*.

Garcia verò in *dist. capitul. 1. à num. 413.* plenè probat, quod referuatio ¶ & decretum irritans non producant suos effectus, donec de reservatione non constat, nec est probata, vbi plures Rotæ decisiones recenset iuxta decisionem Puti 190. & 197. lib. 3. Et quod decretum irritans ¶ nihil operari, nisi clarè pateat beneficium esse referuatum, plurimos Doctores, & Rotæ decisiones congerit Barbofa, *clausula 40. à num. 10. cum sequentibus*, & iterum num. 29. Alexander Moneta de *commutatione*, *vtimar. 6. 7. num. 140.* & in his terminis determinauit Rota, vt per Iacobum *Cauallerium decif. 8. num. 3. vbi alia recensetur*.

Et tunc decretum irritans inficit titulum & possessionem iuxta ¶ quàm plurimas Rotæ decisiones, & Doctores adductos per Angullinum Barbofam, *clausula 40. num. 18.* quando intrat constitutio cui coheret tanquam accessorium, vt per Geminian. & Franch. in *cap. presentis. in principio. de officio Delegati*, lib. 6. Rota in *Vmbraenfi. Paroch. 1. Iulij 1613.* coram Sacro, & in *Castrenf. beneficij* 27. Iulij 1614. coram Verospio impressa penes Farinac. *decifion. 832. num. 3. part. 1. recent.* Vbi etiam ¶ fuit dictum, decretum

- decretum irritans nihil operari, nisi clarè pateat beneficium esse referuatum, & comprehensum sub regula 8. vnde etiam in vna *Tirafonens. decimar. 17. Iulij 1611.* coram Pirouano impressa per Farinacium *decif. 341. num. 3. part. 1. recent.* fuit dictum, hoc decretum in priuilegijs tanquam accessorium non operari effectum, nisi postquam cognitum fuerit priuilegia intrare; & in alia *Aceruana Canoniarum* 1. Iulij 1613. coram Patriarch. Manzaedo, impressa per Farinac. *decif. 516. num. 4. part. 1. recent.* fuit patiter dictum: decretum irritans appositum in constitutione Gregoriana XIII. de modo & forma publicandis, ¶ resignationes non intrare interim, dum non fuerit doctum de non publicatione. Et sic quando constat quod intrat dicta constitutio: interim tamen nihil operari, nec impediri manutentionem, citat decisionem 121. lib. 2. part. 3. diuersor. Et quod decretum irritans tunc inficit possessionem, quando certum est illud intrare, & percutere casum. Et quod donec dubium est an intrerit, ¶ vel non; interim sit manutendus ratione saltim suæ detentionis, tenet Lancelotus de *arrestatis*, part. 3. cap. 24. quest. 1. num. 80. Seraphin. *decif. 471. num. 5. & 7.* Et fuisse resolutum in *Salernitana præbende* 10. Nouembris 1617. coram Vbaldo Iuniori, testatur Angullin. Barbofa *dist. clausula 40. num. 21.* qui num. 22. post alios à se laudatos hoc procedere affirmat; siue referuatio sit generalis; ¶ siue specialis, vt non intrerit decretum, donec appareat dispositionem principalem percutere casum; & num. 27. Quod decretum solum inficit possessionem iuris, ¶ non facti simplicis, & nudi, per Alexanar. in *l. 1. num. 11. & seqq. ff. de requirend. posses.* & fuisse dictum in *Lucienf. beneficiorum* 4. Iulij 1607. coram Canalerio.

Quoniam ante iustificacionem narratorum, & quod clarè pateat decretum intrare, non tollit detentionem, ¶ seu insistentiam facti, ex qua manutentio datur detentatori; vt per Lancelotum de *arrestatis*, part. 3. capitul. 24. titul. de *reos quest. 1. num. 77.* & fuit resolutum in *Parmansf. Prioratus* 16. Ianuarij, & 26. Februarij, 1598. coram Orano, & *Cisomana Capellania* 26. Octobris 1602. coram Mellino, & in *Melitenf. Parochialis* 27. Iulij 1603. coram Coccino Decano, & in *Tudertina Assigna* 18. Iulij 1607. coram Burato impressa per Farinac. *decif. 72. num. 6. part. 2. recent.* testatur Barbofa *dist. clausula 40. num. 25.* videndum nouissimè Ludouif. Post. in *tractatu de manum. obseruatione* 42. à num. 74. & post tractatum *decif. 173. num. 6. & decif. 76. num. 1. & decif. 120. num. 4. & decif. 153. num. 4. & obseruatione* 43. num. 76. & *decif. 195. num. 18.* Nisi detentatori resistat ius vehementer, nec doceat de legitimo titulo, Rota *decif. 5. num. 22.* post tractat. Ludouif. Post. Alloquin ¶ sufficit reo detentatori excludere actorem ¶ per non ius suum, iuxta text. in *l. fin. ff. de rei vendicatione*. Rota *decif. de re iudicat. in inquir.* & *decif. 4. eodem titulo in nouif. & Leodocens. Canoniarum* 22. Aprilis 1611. coram Pirouano, & in alia *Lucienf. & Tudertina*, allegatis per Barbof. num. 29.

Et fuisse dictum in vna *Seguntina*, adducta 139. per Garcian. ¶ de beneficiis 5. part. capitul. 1. num. 249. ibi: Nam eadem est ratio, quando de-

ne in mense referuato, tunc enim decretum notorium dicitur, ex quo in continenti probatur, & dist. colorat. titulum, &c. & alia decision. in causa *Auersana beneficiorum* 24. Nouembris 1557. in qua fuit resolutum; quod in casu, quo constat de protonotariatu defuncti, referuatio ista obstat spoliatio in spolio, non tamen effectus reus admittendus ad probandum. Aliquitamen dicebant; quod debet admitti, si vellet probare in continenti, vt in decisionibus Ordini manuscriptis, quæ decisio est coram D. Quiroga, & aliis in ea dicitur; quod præsupposito quod in actis constat beneficium vacasse per obitum Protonotarij, licet non de numero participantium, sed ex priuilegio; deneganda est restitutio in spolio, iuxta *decisionem 1. de restitut. spoliatorum*, in antiquis, si nihil opponitur in actis, quod elideret, & obumbrasset Protonotarium, Romanus *consil. 499. num. 4.* Sermerius de *amali. quest. 51.* Calliadorius *decif. 1. de restitutione spoliatorum*, Berouius *quest. 80.* docent Mascardus *dicta conclus. 1276. num. 11. & sequentibus*, Anastasius Germonius de *indultis Cardin.* §. *volamus*, à num. 27. vbi ait: Quod possessio excepta vigore prouisionis factæ ab Ordinario in mense referuato est vitiosa, & inestitabilis semel in continenti probata vacatione in mense referuato, *decifio Orani. 250. & 160. in manuscriptis*, &c. refert Nicolaus Garcia in 5. part. capitul. 1. num. 417. & de hac decisione Orani sit mentio in *decif. 67. num. 3.* Farinacij *lib. 1. Marchenans de commissiombus* 2. part. capitul. 3. de *commissiombus restitution. in integrum*, numer. 49. Hieronymus Gonzalez in *glossa 31. ex num. 7.*

Quia omnia prædicta intelligenda esse firmat, quando referuatio clarè, ¶ & concludenter probatur, aliàs secus; nam tunc spoliatus & attentata passus debet ante omnia restitui, & in sua possessione defendi, quia paria sunt non probare, & minus bene, ac obsecrè probares idem Gonzalez *glossa fin. à num. 19.* sequitur Nicolaus Garcia de *beneficiis dist. 5. part. capitul. 1. num. 417.* & comprobatur ipse 6. part. capitul. 4. à num. 24.

Qui quidem Garcia *dist. capitul. 1. num. 435. & sequentibus*, ait, in hac materia tandem dicendum, ¶ quod ad effectum impediendi manutentionem, tunc dici probatam reservationem, & decretum iustificatum; quando constat de ipsa reservatione, & possessor dicit se prouisum ab Ordinario, nec alium titulum allegat; aliàs secus, quia in beneficiis datur multiplicatio titulorum, adducit ad litteram in num. 436. Rotæ decisionem in vna *Reginenf. beneficij* 16. Februarij 1596. coram D. Litta, in qua resolutum fuit; dandum esse mandatum de manutendo prouiso ab Ordinario existenti in possessione beneficij, vt constat ex instrumento adeptæ possessionis, non obstante reservatione opposita & decreto irritante contento in regulis, &c. Vide latius ibidem.

Et quod ista referuatio clarè & concludenter sit probanda per ¶ impetrantem, quando concurret cum prouiso per Ordinarium; latè & optime per plures Rotæ decisiones, & Doctores comprobatur, & declarat ipse Nicolaus Garcia 6. part. capitul. 2. sub num. 128. versicul. Tandem quando agitur de probanda vacatione in certo men-



se, &c. Et videndus à num. 156. ubi quando ad est legitimus contradicitor, quando & quomodo sit narratio probanda, & quomodo quando nullus contradicitor adest.

143 Et quando probatio reservationis redditur dubia & obscura, & impediatur per prouisum ab Ordinario immisso, & via executiua, quia requiritur quod sit clara reservatio, & saliter quod inter partes controuerti non possit, vide quamplurimas Rotæ decisiones per eundem Garciam 6. part. capitul. 4. à num. 21. cum multis sequentibus. Et quod prouisus ab Ordinario, & possessor sit legitimus contradicitor ad impediendam immisionem prouisi Apostolici, quando dubitatur, an intret reservatio, ita vt notorie de ea non constet; elegans est Rotæ decisio 124. per Cocceum, & alia plures inferius citandæ.

Et quod possessor, & titulus ab Ordinario sit manutendus contra prouisum Apostolicum ad beneficium reservatum, quando de reservatione non constat clarè, adèd vt interim dum reservatio dubia & turbida controuertitur, sit legitimus contradicitor, & immisionem prouisi Apostolici impediatur; probat Ludouic. Post. de manutentione, obseruatione 71. à num. 71. & obseruatione 46. à num. 18. & sequentibus, ubi num. 19. Quod hæc controuersia sit discutienda in via Ordinaria, & iudicio petitorio, ex Seraphino decis. 287. num. 4. Vbi quando dubitatur an beneficium sit regulare, aut collatum, & possideatur à seculari, de quo exemplo videnda decis. 47. inter impressas per Marchesan. de commission. appellacion. in possessione. §. 1. fol. 991. & ipse Ludouic. Post. ibidem, num. 20. constituit regulam generalem: quod possessio, quæ est contra dispositionem legis, constitutionis, vel statuti, manutentibilis est interim, si illius dispositio dubia sit, vel validitas controuersa, licet secus è contra, ad quam plures Rotæ decisiones applicat.

144 Ex quibus omnibus clarè patet intrusum prouisum ab Ordinario, & habentem titulum coloratum, & non notorie iniustum, sed aliqua ratione fundatum, & munim, quia est dubium de reservatione, & super ea probabiliter controuertitur in iure, vel in facto; esse legitimum contradicitorum ad impediendam immisionem, & viam executiuam vigore litterarum Apostolicarum ob reservationem obtentaram, si sit in possessione, quia ab ea absque iudicio Ordinario, nec amouendus, nec priuandus est, quoniam clausula (contradictores & appellacione postea competendo) in litteris appolita solum habet locum contra contradicentes de facto, non contra contradicentes de iure, id est per viam iuris, aut iudicis; plurimos citant Gonzalez in glossa 9. in attenuacione, num. 242. Garcia 6. part. capitul. 2. num. 115. Augustinus Barbosa in tractatu de clausula, clausula 7. per totum, infinitos Doctores citat videndus Barbosa clausula 33. à num. 2. & seqq.

145 Quia ista clausula intelligitur iuris ordine seruato, & citatis citandis Felinus in cap. de casero, num. 9. de sententia & re iudicata, Achilles decisio. 6. num. 2. super regul. de triennial. Mohehanus decisio. 7. num. 7. de restitutione spoliatorum. & post alios plurimos Barbosa clausula 7. num. 5.

Et enim etiam clausula (amato quolibet illicito

detinere) apposita & in litteris beneficialibus, 147 quando nulla res iudicata præcessit, nec fuit negotium discussum, facit executorem mixtum, & requirit ordinem iudicium; ita post Abbas & alios in cap. de casero, Maxime Felinus num. 9. de sententia & re iudicata, Mohehanus decisio. 7. num. 5. de restitutione spoliatorum, alia 97. num. 5. Achilles decisio. 6. num. 5. super Regul. Cancellar. de triennial. Marchesanus de commissionibus, part. 2. capitul. 3. numer. 35. in prima impressione, Lancellotus de attentatis part. 2. cap. 4. in præfatione, num. 470. & 514. Nicolaus Garcia de beneficiis, 6. part. capitul. 1. à num. 48. Hieronym. Gonzalez ad Regul. 8. Cancellar. glossa 9. §. 1. in annotationibus, num. 236. Motta de commutat. vltimarum voluntat. capitul. 11. num. 467. & fuisse dictum in Rauenaten. iuris patronatus 27. Ianuarij 1606. coram Patriarch. Mancanedo, vt per Farinacium decisio. 159. num. 3. part. 2. recent. Et in Tirafonesi. Elemosinaria. 28. Ianuarij 1602. coram Cardinal. Lancelloto, vt per eundem Farinacium decisio. 52. num. 2. part. 2. recent. Barbosa dicta clausula 7. num. 7. vbi bene & num. 8. Quod tunc & licet appellare, & appellatio causet attentata, Scaccia de appellacionibus quest. 12. limitat. 11. num. 11. Seraphin. decisio. 156. Mantica decisio. 324. num. 3.

Vbi etenim reservatio materialiter accepta non est notoria, & sed iudice de ea dubitari potest, vt quia non constet de obitu in quo mensuratur; prouisus ab Ordinario possidens est legitimus contradicitor ad effectum, vt gratia iustificetur, & vt in eius iudificatione Ordinaria via, non executiua agatur, quia Papa non intendit præiudicare Ordinariis, aut prouisus per illos, vt per Rotæ decisionem in vna Oritana Archiepiscopatus 19. Iunij 1599. coram Corduba, tenet in his terminis Viuanus in tractatu de iure Patronatus. 2. part. lib. 11. capitul. 4. sub num. 114. versicul. Tertio, ubi reservatio, videndus ad idem, versicul. Quarto, & versicul. Quinto, ubi optime.

Vbi in hoc versiculo Quinto, dicit ad finem, quod quando se opponit, qui est legitimus contradicitor possidens cum pari titulo, vel saltem tali, qui possit esse par, & possit excludere titulum prouisi Apostolici, vt tunc Ordinaria via, non executiua erit agendum, ex Mohehanus decisio. 23. vt lite pendente, Patens decisio. 302. & decisio. 306. lib. 1. & decisio. 135. lib. 2. Veralli. decisio. 329. num. 2. part. 1. Gonzalez in §. 7. proximali, num. 243.

150 Ad quæ est in terminis & alia elegans Rotæ decisio in vna Paderbonensi. Canonicius Veneris 28. Nouembr. 1608. coram Cocco in hæc: Domini resoluuerunt, intrare arbitrium ad effectum supersedendi in executione litterarum Apostolicarum, & ad effectum illas exequendi, quia cum arbitrium concessum sit simpliciter Iudici, non debet ledere ius partis, Barthol. in consil. 112. cap. final. versicul. Vnde sciendum est, lib. 4. Et propterea cum D. Theodorus sit in possessione vigore collationis sibi factæ à Canonico Turnatio, & sit legitimus contradicitor, & contra eum non potest procedi executiue, sed Ordinariè est agendum, & ille obtinere debet, qui postior iura habet, vel probauit, Bartholus in leg. final. num. 21. versiculo. Aut comparet aliquis qui dicit possidere, Cod. de

de edicto Diui Adriani tollend. Decius ibidem, num. 41. Roland. consil. 78. num. 5. & 27. lib. 3. 152 qui licet loquantur in terminis, leg. final. Tamen eadem est ratio & in nostris terminis, Mohehanus decisio. 13. ante finem, vt lite pendente. & in his terminis fuit resolutum coram me in vna Celsensesi. Canonicius 1. Iunij 1607. & alibi sapissime.

153 Non obstat quod D. Theodorus & habet titulum à Canonico Turnatio D. verò Guillelmus habet titulum à Papa, & subrogationem gratiosam; quia nihilominus D. Theodorus est legitimus contradicitor ad effectum impediendi processum executiuum iuxta notata in cap. si à Sede, de præbendis, lib. 6. & fuit resolutum in causa Clensis. beneficij Sancti, Saluatoris 16. Decembris 1602. coram R. D. meo Deciano.

154 Et quoad subrogationem & gratiosam, quidquid dicendum esset, si subrogatio gratiosa in casu isto intraret, in hoc casu non est habenda ratio dictæ subrogationis, cum non possit, nisi quoad beneficium esset litigiosum, Vitall. in Clementina 1. numer. 41. versicul. Et ideo, vt lite pendente, vt alias reseruatam, & affectum, proxt Rota seruat, nam licet

155 præterdat adfuisse litem, tamen & ea non probatur, cum non constet de mandato exprelo, aut tacito illius, qui commissionem impetrat.

156 Et licet obtinuerit & etiam inhibitionem cum promissione de rato, ex hoc magis arguitur, cum non constet de merito, quia de stylo Rotæ inhibitiones solent concedi, auctore procuratori etiam parte opponente, dummodo intra duos menses docuerit de merito, vt per Veralli. decisio. 386. lib. 1. in manuscriptis. Vltra quod ante executam inhibitionem non dicitur & lis introducta ad effectum, quod beneficium efficiatur litigiosum, vt per Achillem decisio. 50. de rescriptis, Vitall. in Clementina. 2. num. 24. & 25. vt lite pendente.

Denique non afficit, quod voluit Papa concurrere cum Ordinario, & quod potuit facere ex latè deductis in causa Mesens. Canonicius 8. Nouembris 157. coram bonæ memoriæ Rubens) quia de his agendum erit in Iudicio Ordinario, satis enim est, quod in hoc casu non possit procedi executiue, cum D. Theodorus sit legitimus contradicitor. Hactenus de decisione quam adducit Prosperus Farinacius in posthumis, tom. 1. decisio. 198.

157 Est alia & bona Rotæ decisio, vt per Farinac. in posthumis, tom. 1. decisio. 362. in hæc: Dixerant Domini, & Petrus non esse legitimum contradicitorum ad impediendam immisionem Iacobo, cum ad hunc effectum par titulus requiratur, vt per Barthol. in leg. final. num. 21. Cod. de edicto Diui Adriani tollend. Patens decisio. 302. lib. 1. Menoch. de adipiscenda, remedijs 4. num. 58. Petrus, qui est prouisus ab Abbas. Sancti Antonini. Ordinario collatores non potest concurrere cum Iacobo, qui habet à Sede Apostolica prouisionem, &c. sequitur & facit.

160 Et licet ista regula, quæ est indubitata inter duos prouisus, & quorum vterque petit immisionem; fallit aliquando, quando contra prouisum Apostolicum instantem pro immisionem

apponit se prouisus ab Ordinario in possessione existens, sicuti etiam in remedio, dicta l. final. Cuius admittat proceditur & in hac materia 161 executionis litterarum Apostolicarum, admittitur etiam contradicitor & ab alio fonte, puta ab alio testatore, vt per Rinum consil. 28. numer. 2. versicul. Subdit, Barthol. lib. 5. Tamen illa procedit fallentia, quando ille possessor & allegat titulum, qui vel excludit prouisionem Papæ, vel illam reddit admodum turbidam, tunc enim quia Papa per subrogationem gratiosam, aut alias prouisiones non intendit facere Ordinariis, vel illis qui ab ipsis prouisi sunt, aliquid præiudicium, vt dixit Rota in Burgem de Pancorno, & in alijs causis; ideo in aliquo speciali casu, & vel processum fuit Ordinariè, vel certe data fuit possessori aliqua dilatio ad docendum de validitate dicti tituli, vt interim fuit supercellsum paulisper in executione litterarum Apostolicarum, & sic procedunt decisiones coram Orano, & alia quæ possunt allegari, &c. concordat cum hac decisione alia eundem Farinac. in posthumis, eodem, tom. 1. decisio. 336. num. 2. Vbi etiam, quod hoc casu & procedendum erit via Ordinaria.

Et quando possessio est vacans, tunc quia nullus possidet, & paritas titulorum requiritur, 166 diximus sup. num. 95.

167 Quod secus est quando prouisus & per Ordinarium iam fuerit in possessione, quia tunc ad impediendam immisionem petitam à prouiso Apostolico in beneficium ex causa reuocationis imperatum non requiritur titulus ex eodem fonte, cum hoc prouiso per Ordinarium via Ordinaria erit agendum ex supradictis, & vltierius comprobandis.

Denique fundamentum verissimo comprobatur quoniam gratia sit de beneficio reservato, & ergo præcisè hæc qualitas fundamentalis 168 debet constare, & probari, ita vt prouisus ab Ordinario & possessor possit, & debeat audiri super hac exceptione legitima, non esse reservatum; ita in terminis argumentatur Casar Argellius de acquirenda possessione, quæstion. 18. articulo 3. à numer. 110. Vbi plurimas ad idem decisiones Rotæ recenset. Nam si statutum diceret, & quod contra instrumentum publicum nulla possit opponi exceptio: poterit licet opponi, quod instrumentum non est publicum, Decius in cap. ex parte el segundo, numer. 40. de officio Delegati, & in consil. 458. numer. 1. Barthol. in leg. 1. §. potius, numer. 3. ff. quod vi clam. Vbi dicit; quod hoc casu debet constare instrumentum esse publicum. Doctores omnes in leg. 4. §. condemnatum, ff. de re iudicata, Cephalus consil. 627. numer. 4. Afflicti decisio. 283. numer. 1. vbi Virgilius in annotatione, numer. 3. Cirueta consil. 6. numer. 72. Milanens. decisio. 8. num. 5. lib. 2. Baldus in cap. Pastoralis, num. 4. de appellacione, Curtius Junior, in leg. iuris gentium, §. quod ferre, ff. de pactis, Lofredus consil. 6. num. 12. Caraita super Ritu magna. Curia, V. Ritu 163. num. 9. & 16. Rebuffus super consilium. Gallio, titulo de litterar. obligacione. articulo. 2. glossa 1. numer. 34. & sequentibus, & Ecclesia in tractatu de feudis, part. 5. num. 5. & ex alijs plurimis multis congerens doctrinas similes



miles probat Carolus de Grassis in tractat. de exceptionib. excep. 2. à princip. & præcipue num. 4.

170 Qui num. 5. ampliat hanc doctrinam, vt procedat etiam si hæc qualitas requisita ab actu requiret altiore indaginem, Milanens. decis. 3. num. 26. & decis. 8. num. 5. lib. 2. Socinus Junior. consil. 67. num. 19. volumine 1. Procedere dicentes in executione, cum sit exceptio pronuens ex ipso instrumento, multa scitu digna concessit Grassis excep. 3. per totam, & iterum exceptione. 13.

Tandem igitur generaliter concludendum erit: quod ad impediendam viam executionum litterarum Apostolicarum, & vt in via Ordinaria causa tractetur, parem vim habet regulariter quilibet legitimus contradicitor ratione sui iuris exclusi impetrantis absque possessione, sicut & contradicitor possidens, quia vterque est tertius contra quos non habet iocum via executiua, & vt ab illis si suum ius, aut possessio auferatur, debet iuris ordo seruari, & in via Ordinaria, vinci, vt hæcenus latissime probauimus post magnam Doctorem cateruam à num. 90. & à num. 77. & sequentibus, versicul. Executores igitur gratiarum ad immittendum, &c. Vique nunc, & Rotæ decisiones, quæ promiscue omnes ad impediendam executionem, & agendum via Ordinaria vtuntur legitimo contradicitore, aut intruso & possessore comparent.

Et vterque contradicitor, tam qui non possidet, quam qui possidet, tenetur suum titulum præsentare coram executore (aut Ordinario ad quem Senatus executionem litterarum remisit) vt de primo simplici contradicitore diximus superius à num. 93. cum sequentibus, versiculo, Tamen si re integratise legitimus, &c. & de possessore pariter diximus supra à num. 78. cum sequentibus, versiculo, Quando autem aliquis est possessor, vel intrusus, &c. Et iterum à num. 110. vers. Ex his omnibus velle inferitur.

173 Et vterque probatur ex Rotæ & decisione in vna Nicinensi Paroch. 20. Maij 1624. inter recollectas per Viuanum in praxi iuris Patronatus 46. in ordine, quæ num. 11. & 12. in hæc ait: non obstat demum, quod Oratius haberet titulum & possessionem, & idem esset legitimus contradicitor, & non possit contra eum agi via executiua immisionis adnotata per Barthol. in l. final. num. 21. Cod. de edicto Diui Adrian. tollend. Quia fuit responsum, in primis non constare,

174 quod dictus titulus fuerit productus coram executore, quo casu non videtur renouanda immissio data ex noua productione, nisi appareret in continenti de bono iure producentis, cuius contrarium hic apparet ex supra deductis, Seraphinus in puncto, decis. 357. num. 3. Rota in Eluensis beneficio 5. Nouembris 1602. coram bonæ Memoræ Penna, quæ est apud Marchefanum de commissionibus, part. 1. fol. 350. num. 5. &c.

Differunt tamen isti duo contradicitores, quia intrusus & seu possessor semper, & indistincte debet queri per executorem, & eum citare, & audire, aliàs executio erit nulla, & attentata: Rota vt per Coccinum decis. 378. à principio.

175 Ita vt quodcumque & compareat, siue ante immisionem, siue post re non integra, debet executor eum audire, & reponere ante omnia

immisionem, antequam de causa, & iuribus possessoris vterius cognoscatur, vt Lupertus probauit: & vterius est elegans Rotæ decisio in vna Maioricensi Parochialis de Campanero 23. Ianuarij 1591. coram Domino Bubalo, quæ sic ait: Fuit resolutum dandum & esse mandatum

de manutendo in possessione Parochialis, de qua agitur, Iacobo Torres, non autem Ioanni Pelleu. Quia constat de eius anteriori possessione, quæ fuit capta die 18. Augusti 1588. vigore prouisionis Apostolicæ, & possessio Ioannis fuit capta, die 29. & 30. Nouembris anni sequentis, & sic instrumentalis, quæ non est

176 & manutendibilis, nisi possessore expulso, Rota decis. 21. de restitutione spoliatorum in nouissim. Caputaquens. decis. 396. lib. 1. Debit executor Iacobo possidente, eo non citato non dare possessionem Ioanni, cap. licet, de præbendis, lib. 6. Nam semper in traditione & possessionis

177 debet vocari possessor, cui potest competere ius in possessione, vt per Cardinalem consilio 75. Felinus in capitul. final. num. 24. de præsumptionibus. Nec latifacit Iudex citando postea Iacobum, & iuribus hinc inde discussis pronuntiando, ipsi iam præsentia possessione amouendum, & amotum esse, & Ioannem in sua possessione debere remanere, quia iuxta dict. Concil. Cardinal. debuit prius reuocare traditionem & possessionis factam Ioanni, & illam

178 restitueret Iacobo, & postea iterum pronuntiare ad fauorem Ioannis, & illi possessionem deinde tradere. Quæ in præsentia facta non fuerunt, ex quo redditur iniusta declaratio Iudicis, & possessio capta non est considerabilis, nisi expulso possessore, & fuit resolutum coram Illustrissimo D. Lancelloro in illa Romana domo ad imaginem pontis. Nec obstat, quod non fuerit in tempore appellatum ab ultimo decreto, quia non ex hoc redditur valida, & manutendibilis possessio capta possessore non citato, & illo non expulso, quia sententia notorie iniusta nunquam transit in iudicatum.

179 Non obstat & quod Ioannis sit prouisus Apostolicus, & quod eius prouisio sit anterior prouisione Iacobi: quia hoc respicit petitionem, &c. quam mirabilem decisionem refert Nicolaus Garcia de beneficiis. 6. part. capitulo 2. num. 125. alios Nos citauimus supra 1. part. capitul. 10. à num. 109. vers. Et in primis si contradicitor sit possessor.

At legitimus contradicitor & simplex absque possessione non impedit executiuam viam, nisi compareat re integra etiam post decretum immisionis, dummodo missio ipsa actualis data non sit, nec executio, vt diximus supra num. 93. versiculo, Tamen si re integra, & à num. 77. cum sequentibus, versiculo, Executores igitur gratiarum, & à num. 87. cum multis sequentibus, versicul. Igitur ad cognoscendum, &c. & à num. 102. vers. Et quando comparet.

180 Secunda erit differentia inter istos legitimos contradicitores, vt licet ad impediendam executionem & gratiæ regulariter equiparentur, ad hoc vt in via Ordinaria vterque audiatur, tamen in beneficiis referatis simplex contradicitor cum titulo colorato absque possessione per Ordinarium prouisus non impedit viam executiuam: Quia dumtaxat auditur de suo iure docens in continenti, non alterata via executiua litteris Apostolicis debita, vti expressè dixit

dixit Rota, cuius decisionem adduximus ad litteram superius, num. 139. cum sequentibus, & annotauimus superius, num. 95. Sed vt in via Ordinaria audiatur, debet cum titulo colorato concurrere simul possessio antea ab ipso prouiso Ordinario occupata, post auct. Viuanus de iure patronatus. 2. part. lib. 11. cap. 4. num. final. vers. penultimo, in hæc: Denique est sciendum, quod habens titulum ab Ordinario, & non possidens non est legitimus contradicitor ad impediendam immisionem prouisi Apostolici stante reservatione, & quia ad impediendam par titulus est necessarius, Mendoch. de adipsiendis, remedio 4. num. 581. & fuit dictum in Capuaquens. beneficij. 22. Martij 1609. coram Cardinal. Marcomonio. & in Nouariens. beneficij. 5. Iunij 1610. coram Dom. Coccino Decano, &c.

181 Elegans est Rotæ decisio in vna Bwgenf. Abbatis de Salas. & 20. Nouembris 1615. adducta per Fatinacium in possessionibus, tom. 1. decis. 706. in hæc à principio: Et Rota vtraque parte informante censuit, dictam gratiam non esse iustificatam quoad reservationem. Fundamentum præcipuum fuit, quia hoc casu agitur de reservatione contra prouisum ab Ordinario, qui bona fide contulit beneficium vacans in suo mense. Et prouisus reperitur in possessione, & quo casu vterque dicitur habere intentionem fundatam de iure communi, cap. ex frequentibus, de institutionibus, Felinus cap. cum venerabile, num. 32. de exceptionibus, Decius consil. 117. pro tenui, num. 1. Rota decis. 4. in princip. de concessione præbende, cum aliis per Modern. ad regula. 8. §. 1. præmissa, num. 21. & glof. 11. num. 37. & 38.

182 Ex quo sequitur, vt tali casu, quia reservatio venit ad annullandam anteriorem collationem Ordinarij, & excludendum reum, & possessorem; debet penè & concludenter probari, Egidius decis. 61. Patens decis. 166. lib. 3. Rota diuersorum, decisio. 146. num. 3. & 4. part. 2. Verall. decisio. 10. part. 2. & fuit dictum in Guinen. Canonice. 11. Martij 1587. coram Roberto.

183 Vbi expressè dicitur, quod quia agebatur contra possessorem & prouisum ab Ordinario bona fide, non erat per plures præsumptiones amouendus à possessione, sed per plures probationes, & fuit etiam dictum in Hispanens. Archidiacono. 20. Februarij, & 26. Iunij, coram Iusto. in Calagurritana de Ocon 30. Ianuarij 1606. coram R. Lugudunens. & in Burgen. de Pancorio 24. Octobris 1585. coram Cipro, & aliàs decisiones allegat Modernus ad Regul. 8. glof. 11. num. 100. & sequenti, &c. & latè prosequitur ad plura elegantia.

184 Et num. 20. ita ait: Et aliæ coniecturæ & adducuntur per informantes pro Gabriele, ex quibus videtur satis debilitari, & enuari probatio, seu præsumptio prouisi Apostolici deducta ex solo sumpto supplicationis signatæ: & intractat vulgata regulæ, quod vna præsumptio tollitur ex alia, & fortior vincit debiliorem, l. Diuus. ff. de integram restitutionem. cap. litteris, de præsumptionibus. Et vna probatio con-

185 tracta & probatio conuassatur, Surdus consil. 135. num. 93. & sequentibus. Et in terminis

186 reservationis, quod illa non intret, & quando

contra eam aliquid coloratum apponitur, fuit per doctrinam Socini in l. rem qua nobis, ff. de acquirenda possessione. decisio. decimum coram Paleoto decis. 288. in manuscriptis, vt in copia data.

187 Et quatenus præsumptiones redderentur pares, & in paritate præsumptionum præferendus est reus & possessor, Speculator. in titulo de iura. delat. §. 1. num. 9. Cephal. consil. 152. num. 30. Felin. in cap. ex litteris, num. 4. de probationibus, Alciatus regul. 3. præsumption. 44. num. 1. Titacquell. de iure primogeni. quest. 17. opin. 1. num. 2. & vt dicit Aretin. in cap. in nostra de rescriptis, cum possessione paritas probationum reducit & ad imparitatem, & fuit dictum in vna Portugalen. vniou. 9. Martij 1594. coram Orano. Nec est dubitandum Gabriele & possidere etiam si fuerit appositum sequelstram de mandato Principis, donec causa cognoscatur, vt per Alexandrum consil. 12. num. 5. lib. 6. Hæcenus de mirabili decisione.

188 Ad idem adest alia elegans Rotæ decisio, vt per Coccinum Rotæ Decanum 124. vbi possessor & prouisus ab Ordinario manutentur, dum turbida redditur reservatio, quæ si notoria non fuerit (vt statim) non conceditur & immissio prouiso Apostolico; eadem Rota in vna Barenf. coram Sacro recolecta per Marchelan. de commission. appellat. in possession. 1. part. §. 1. ad finem, quæ est decisio 47. fol. 991.

189 in qua latè dicitur, quod executio litterarum denegatur, quando non constat de reservatione, quæ decisio in num. 3. ita ait: Minus facit, quod beneficium fuisset referatum, & proinde intret ius decreti irritantis, de quo in Regula referatoria, quod quidem decretum innotuit in possessione, Caffodor. decis. 1. num. 2. de restitutione spoliator. &c. Et sic possessio Octauij tanquam infecta minime sit manutendenda ad h. improba. cum ibi notatis, ff. de acquirend. possessione. Putens decis. 332. lib. 2. Quia fuit responsum, decretum irritans ita demum vitiose possessionem, si est certum quod intret; aliàs dum dubitatur, an intret, vel non, possessor est manutendus in sua possessione, siue detentatione, vt fuit dictum in Parmenens. Prioratus 16. Ianuarij 1598. coram Orano, & in Tarentina Capellania 26. Octobris 1601. coram Melino, & coram Coccino, & in Iodum. Canonice. 22. Aprilis, coram Pirobano, in proposito autem casu est satis controversum, an beneficium sit regulare, & manuale, vel potius collatiuum, à quo pendet an intret reservatio, necne, &c. Et vltra ceteras decisiones elegans est in terminis decisio Rotæ Coccini supra adducta à n. 55. vers. At qua est in terminis, &c.

190 Hæc tamen doctrina limitatur, quando reservatio est notoria & perens, quia nulla potest tergiversatione, & colore celari: nam hoc casu non habetur in consideratione titulus, & possessio per prouisum ab Ordinario, quam merito inicit reservatio euidens, & notoria, quam limitationem ad præfatam regulam probat eleganter Rota apud Fatinacium in possessionibus, tom. 1. decis. 362. num. 3. & de Regula à num. 1. & 2. hoc idem probat Rota vt per Coccinum decisio. 124. numer. 7. in hæc: Quia cum reservatio sit turbida & ex iam deductis, 191 immissio non solet concedi, quando reservatio non est notoria, & indubitata, vt fuit resolu



resolutum coram R. Dom. meo Decano in causa Neapolitan. Recloria 15. Februarij 1598. & coram R. Dom. meo Ludouiso in Sanct. Angeli Lombardor. 13. Iunii 1602. ubi alie decisiones allegantur; & idem donec cognoscatur, Stephanus debet manentem, &c. Est etiam in terminis præd. decis. 124. apud Coccinum. Probat etiam alia Rotæ decisiones adductæ per Cæsar. Argel. de acquirend. possess. quest. 18. art. 3. n. 110. & num. 111. & de legitimo contra, q. 15. n. 128.

Et tandem animaduertere debes, quod ut sciat Ordinarius (cui per Senatum remittuntur litteræ Apolliticæ in prima instantia) quando in eis executiue, aut via Ordinaria procedere debeat; præ oculis semper habeat Regulam immisionis ex l. final. Cod. de edito Diui Adriani tollendo. Quia immisso possessionis beneficii similiter est adipiscendæ remediū, & regulis dictæ l. final. regitur, & secundum eandem regulariter regulatur, prout ex variis Rotæ decisionibus, doctorumque autoritate supra probauimus hoc tractatu de supplicatione ad Sanctissimum. 1. part. capitul. 20. à num. 142. versiculo, & ut hæc doctrina Menochij, quas singulas videre poteris, quia omnes rectè conducunt huic instituto; plurimas ex iis, & alias congerit ad idem, Cæsar Argelius de legitimo contradicito. quest. 2. artic. 1. à num. 1. & sequentibus, seruatis tamen que specialiter in hoc capite annotauimus, quia ita distinctè alibi non reperies.

Concludendum est igitur, quod quando Senatus decernit, tradi litteras Apostolicas impetranti, & ut illis utatur coram Ordinario, eod quod recognouit percuti eius primam instantiam, & iurisdictionem; tunc attendat Ordinarius ipse ad supradicta, ut quando executor nominatus de iure communi debebat procedere in eorum litterarum executione executiue, & via executiua; ita patitur ipse Ordinarius viam executiuam debet obseruare, quia litteræ Apostolicæ regulariter executionem merentur ob eorum reuerentiam.

At vetò, quando ipse executor de iure non executiue, sed via Ordinaria tenetur procedere

assumendo partes Iudicis, quia vel adest intrusus, aut alias possessor, vel simplex legitimus contradicitor pro suo iure, & interesse iuxta casuum varietatem, & distinctionem hæcenus descriptam in hoc cap. tunc patitur ipse Ordinarius, cui per Senatum sit litterarum cognitio in prima instantia remissio, debet, & tenetur in via Ordinaria, non executiua procedere.

Et quamuis (vt audio) Senatus hic Supremus aliquando in decreti conceptione, & quo remissio harum litterarum fiebat Ordinario, solebat aliquando specificè, addere & exprimeret, quod Ordinarius, vel via executiua (iuxta casuum varietatem) in cognitiue procederet; tamen hodie ab hac conceptione prouidè, & prudenter recessit, quoniam non integrè, nec probabiliter certitudine Senatus ipse potest recognoscere à principio, quando sit, vel non Ordinariè, aut executiue procedendum per Ordinarium; etenim multoties litteræ ipse trahuntur ad Senatum antequam executor illis usus fuerit, & antequam pars aliqua comparuerit, vt & plurimum ad petitionem Regij Fiscalis, vel quandoque ad petitionem alicuius partis, cum alie ad hunc interesse habentes, que legitimi sint contradictores, qui postmodum possunt comparere coram Ordinario, per quorum comparitionem, & iurium deductionem alteratur natura, & via executiua litterarum Apostolicarum, ac sic minime constanter Senatus in omnibus causis poterit vii simili conceptione decreti; multoties quippè potest esse incerta, cum maximo periculo iurium partium. Quare rectius his temporibus Ordinarij discretionem iure munita relinquatur, vt iuxta iuris regulas præuideat, quando Ordinaria via, vel executiua procedere teneatur, præ oculis nunc habens, que non paruo labore in hoc cap. adnotauimus, ad tollendas deinceps intollerabiles controuersias his casibus contingentes quotidie, cum quibus requiescimus iam ab hoc opere hodie 22. Februarij anni 1632. quo Sancta Mater Ecclesia festiuitatem Cathedræ S. Petri Principis totius Orbis concelebrat.

F I N I S.



INDEX  
RERVM ET VERBORVM,  
quæ in hoc Volumine continentur.

Prior numerus Paginam, posterior articulum seu sectionem indicabit.

A

Abbas, Abbacia. Vide Prælati.



Abbas non potest renunciare exemptioni ab Ordinario abque sui conuentus consensu. pag. 172. n. 31. & seq. Abbates etiam non exempti habentes iurisdictionem ordinariam hodie sua vii valent iurisdictione, non obstante Trid. decreto. p. 219. n. 14

Sarania, & Camedus conuincuntur supponentes posse Abbatem exemptioni renunciare cum consensu sui conuentus. pag. 272. n. 23. & sequentibus.

Absens.

Absens à loco rei sitæ citatus ad litteras requisitorias, & non comparens patitur primum decretum, & ex quo actor mittitur in possessionem eiusdem rei. p. 232. n. 18

Absenti potest dari curator per iudicem rei sitæ ad effectum decernendi primum decretum. ibid. n. 19. & 20

Absenti date curatorem potest iudex, qui in causa habet iurisdictionem. ibid. n. 24

Absenti non subdito, non potest dari curator per iudicem rei sitæ ibi non reperto. ibid. n. 25

Absentia iudicis notabilis non solum est iustum impedimentum, ad eum excusandum à munere iudicandi, verum ad iurisdictionem in alium transferendam. p. 152. n. 37

Absente executore, vel mortuo, qui vim intulit, decretum violentiæ, etiam ei directum comprehendit vnum ex superstitibus, cui fuerit intimatum. ibid. n. 39

Absolutio. Vide Excommunicatio.

Absolutionem à censuris quando impetrans, & quomodo compellitur à Senatu suis trahere expensis. p. 197. n. 86. p. 173. à n. 5. cum seqq. & p. 374. n. 69

Absoluta. Vide Potestas, plenitudo.

Absoluta Principis potestas æquo, & bono temperanda est. p. 100. n. 9

Absoluta Principis potestas non cadit in Principe Christiano, cui nihil licet, quod diuino, & naturali, aut gentium iuri repugnat. ibid. n. 15

Absolutæ potestatis mentio aliqua non habetur in toto iure. ibid. n. 16

Abundans. Vide Cautela.

Abundantia verba tolerantur, quando ad maiorem declarationem apponuntur, & tollendæ dubitationis gratia. p. 354. n. 10

Abusus.

Abusui notorio Ecclesiasticæ potestatis Princeps obuiat cum moderamine inculpatæ tutelæ, ne pax publica turbetur. p. 35. n. 9

Abusus dicitur perperam contra ius, & rationem vti. p. 96. n. 27

Abusus in iure vocatur perniciosus, detestabilis, & illicitus. ibid.

Abusus notorius in materia retentionis ille dicitur, quoties in illo actu nullus usus stat. ibid. num. 28

In Regno Franciæ ab abusu appellatur ad Senatum, notoriè facto per Ecclesiasticos contra sancta decreta, & concordata. ibid. n. 19

De abusu notorio potest Curia cognoscere quando veniat quis contra auctoritatem Regiam. ibid.

Abusus notorius est trahere Regnicolam extra Regnum, à quo in Francia appellatur ad Curiam. ibid. n. 32

Ex abusu, & nouitate scandali genitricis, & perturbationis status, retentionem litterarum Apostolicarum licitè fieri, legitimamque esse causam, multi affirmant. p. 97. n. 14

Abusus notorius, & nouitas violentia quadam est. ibid. n. 35

Abusui notorio, & nouitati potest Princeps obuiare inter personas Ecclesiasticas, ne pax publica turbetur, & commune bonum detrimentum patiat. ibid. n. 37

Abusibus resistere, maximè laude dignum est. p. 76. n. 73

Accessorium. Vide Principale connexum.

Accessoria est ad gratiam principalem executiois datio, & commissio. p. 387. n. 12

Accessorij effectus nihil detrahit suæ principali dispositioni. ibid. n. 13. & seqq.

Accessorium siue tractetur de principali augendo, siue destruendo, aut confirmando semper huius naturam sequitur. p. 389. n. 41. & seqq. & p. 420. n. 7

Accessorium contruit sublato principali, quia eodem